DEIPARÆ,

PVLCRÆ DILECTIONIS

MATRI,

CASTI AMORIS

FLAMMÆ.

EXeste hinc veneres, venerumq; infamia monstra,
Quêis nil monstriferax, tetrius orcus habet.
Vel tenui pudeat, vestra hic signare papyro
Nomina, lethæo flumine digna rapi.
Cunctaq; castalijs sunt proscribenda Camænis,
Vnius ut non sit nominis, Vmbra super.
Sola mihi satus est pulcrorum Mater amorum,
Sola meas habeat, si velit ipsa, faces.
Quanta hæc una parit totis incendia fibris!
Quæ casti, his residens, ignis amoris alit.
Hæc oculi accendunt, super ignea sidera cæli,
1 *Vrit in his dius, qui latet intus, amor.*

1 Illicia externa ad amorem Deiparæ.

Quas non, Diua, faces istis iacularis amorum?
Da facibus flagrem, fax tua, Virgo, tuis.
Auget & hæc tantæ tam pulcra potentia formæ,
Et violans castas purpura, nixq́; genas.
2 *Et tua tam similis palmæ formosa statura.*
O palma! ô fructu mellea tota suo!
Et quæcumque oris facunda modestia fatur,
Hæc mihi tot flammæ sunt in amore novæ.
Virgineo pascar, quod manat ab ubere, lacte;
Frigescunt Paphij, lacte fluente, rogi.
Oscula sancta habeant vestigia millia mille,
Terreno nullâ pulvere tacta die.
O si! sed nimium: temeraria vota retracto:
Virgineis manibus basia casta darem.
Non ego; vos manibus genij date basia divi,
Quæ merita intactum tangere sæpè Deum.
Quis queat immoto tua tempora cernere vultu,
3 *Tempora bis senis fulgida sideribus?*
Nil facit hìc collata novem Minoidis astris
Stellifero radians pulcra corona polo;
Nil Reginarum serta aurea, gemmea tota,
Natura ingenium queis dedit, arsq́ue suum.
Heroinarum cedunt anademata: cedit
Femineus quidquid nobile mundus habet.
Cedit & Eoo quæ nascitur æquore gemma;
Et, Cleopatra, tuis gemma superba comis.

2 Statura tua assimulata est palmæ. *Cant.* 7.
3 *Apocal.* 12. In capite eius corona stellarum duodecim.

4 *Quis*

4 *Quis mihi recludet thesauros mente latentes,*
Quos humilis clausit perpete Virgo serâ?
Hîc ego divino flammantes igne pyropos,
Beryllosq́; sacrâ corrutilare face
Cernerem, & indomitos ferroq́; ævoq́; adamantas,
Fortunæ cunctis ictibus impavidos.
Hîc & cælestes viridanti fronte smaragdi,
Hîc & chrysolithi, sardonichesq́; latent.
Cunctarum hîc Charitum divina monilia clusa:
Divitis hîc pretium conditur omne poli.
Et decuit tantis Superûm clarescere donis,
Quæ parere immensum est digna reperta Deum.
5 *Sed tegit hæc Phaëthon aurato lucis amictu,*
Perstringens radijs lumina nostra suis.
Et vetat arcani penetralia cernere cordis
Læta premi pedibus Cynthia pulcra suis.
Immites nimium Phœbus, germanaq́; Phœbe,
Cur oculi invidiæ causa fuere mei?
Ecquando super astra ferar, super alta polorum,
Ne pares maneant astra polusq́; mihi?
Tunc ego calcabo tutus duo lumina mundi,
Luminibus toties invidiosa meis.
Tunc ego complectar castos securus amores,
Quæsitos votis nocte, dieq́ue meis.

4 Illicia interna ad amorem Deiparæ.
Psal. 44. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus.

5 Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. *Apoc.* 12.

Sed

Sed quid ago? quâ lege queo sperare, quod opto,
An meus, ignorans, me redamarit amor?
Aurea sors ista est, quando redamantur amantes;
Ferrea, si quando non redamatur amans.
Quid dubito? Divæ non sunt præcordia ferro
Fusa, nec hoc nata est aspera corde silex.
Quid dubito? promittit amor mea pectora torrens.
Illicium forte est verus amoris amor.
Quid dubito? Gnatus tanto quem strinxit amore,
An non & Gnato hunc æmula Mater amet?
Ergò in amore sacer Divæ, lætusq; manebo.
Cur timeam flammas displicuisse meas?
6 *Et meus hic illi circum præcordia sanguis,*
Et meus è venis, cùm volet ipsa fluet.
Et quidquid vires, ars, aut industria possunt,
Promta in Virgineo nomine semper erunt.
Me velit Arctoas cita carbasa flectere ad oras,
Quod mea vela petent, Parrhasis Arctos erit.
Et quotquot stricti stant istic frigore campi,
Elysios faciet, qui comitatur, amor.
Me velit urentes Libyæ calcare salebras,
Calcabo salebras, torrida terra, tuas.
Ver erit hîc constans, & erunt hîc Thessala tempe:
Spirabit Zephyros qualibet aura poli.
Me velit occiduum & nascentem visere solem,
Visam nascentes, occiduasque plagas.
Hîc te centenis, modò detur copia, linguis
Suadebo, ô Virgo, supplice corde coli.

6 Signa Deiparam amantis.

Te mundi credent Dominam, Matremq́; Tonantis,
Noſtraque quod nutu ſtantque, caduntque tuo.
Atq́; animam noſcent primi ſine labe parentis,
Conjunctam carni, quæ paritura Deum.
Templa tibi ſurgent ſaxo conſtructa polito,
Ardebuntq́; ſacris cinnama grata focis.
Atq́; peregrinis iſtic celebrabere donis:
Multa tuis dabitur picta tabella tholis.
Ibis barbaricas cæli Regina per urbes,
Cincta triumphali, per loca feſta, choro.
Vivat io, tellus omnis canet, omnis & æther,
Et pontus reddent aſtraque, vivat io.
Χαῖρε Θεȣ̃ Μῆτερ *primo formare lalatu*
Infantes modulans gnara docebit anus.
Χαῖρε Θεȣ̃ Μῆτερ *canet iſtis qualibet oris*
Humanos volucris docta ſonare modos.
At celſæ his gaudent animæ; mihi vota relicta:
Sint precor hæc votis, Diva, recepta tuis.
Quod ſupereſt, nitar mea vt actaq́; ſcriptaq́; dicāt,
Ignibus his tantæ Virginis ignis ineſt.
Non memori incidam tua, Virgo, nomina fago,
Nec referet vultus candida gemma tuos.
Ventorum rabies ferit iſtam, & fulminis ira,
Occultâ carie hanc exedit ipſa dies.
Corde tuam faciem, tua corde & nomina ſculpam,
Non venti hinc rapient, non ibi tempus edet.
O facies Charitum ſedes, & fortis amorum
Magnes! vi quantâ ferrea corda trahis!
Ad te cum lacrymis ſuſpiria, votaq́; mittam,
Et qui cor vret, tu meus ignis eris.

Ante

Sed quid ago? quâ lege queo ſperare, quod opto,
An meus, ignorans, me redamarit amor?
Aurea ſors iſta eſt, quando redamantur amantes;
Ferrea, ſi quando non redamatur amans.
Quid dubito? Diva non ſunt præcordia ferro
Fuſa, nec hoc nata eſt aſpera corde ſilex.
Quid dubito? promittit amor mea pectora torrens.
Illicium forte eſt verus amoris amor.
Quid dubito? Gnatus tanto quem ſtrinxit amore;
An non & Gnato hunc æmula Mater amet?
Ergò in amore ſacer Diva, lætuſq; manebo.
Cur timeam flammas diſplicuiſſe meas?
6 *Et meus hic illi circum præcordia ſanguis,*
Et meus è venis, cùm volet ipſa fluet.
Et quidquid vires, ars, aut induſtria poſſunt,
Promta in Virgineo nomine ſemper erunt.
Me velit Arctoas cita carbaſa flectere ad oras,
Quod mea vela petent, Parrhaſis Arctos erit.
Et quotquot ſtricti ſtant iſtic frigore campi,
Elyſios faciet, qui comitatur, amor.
Me velit urentes Libyæ calcare ſalebras,
Calcabo ſalebras, torrida terra, tuas.
Ver erit hîc conſtans, & erunt hîc Theſſala tempe:
Spirabit Zephyros qualibet aura poli.
Me velit occiduum & naſcentem viſere ſolem,
Viſam naſcentes, occiduaſque plagas.
Hîc te centenis, modò detur copia, linguis
Suadebo, ô Virgo, ſupplice corde coli.

6 Signa Deiparam amantis.

Te mundi credent Dominam, Matremq; Tonantis,
Nostraque quod nutu stantque, caduntque tuo.
Atq; animam noscent primi sine labe parentis,
Conjunctam carni, quæ paritura Deum.
Templa tibi surgent saxo constructa polito,
Ardebuntq; sacris cinnama grata focis.
Atq; peregrinis istic celebrabere donis:
Multa tuis dabitur picta tabella tholis.
Ibis barbaricas cæli Regina per urbes,
Cincta triumphali, per loca festa, choro.
Vivat io, tellus omnis canet, omnis & æther,
Et pontus reddent astraque, vivat io.
Χαῖρε Θεῦ Μῆτερ *primo formare lalatu*
Infantes modulans gnara docebit anus.
Χαῖρε Θεῦ Μῆτερ *canet istis qualibet oris*
Humanos volucris docta sonare modos.
At celsæ his gaudent animæ; mihi vota relicta:
Sint precor hæc votis, Diva, recepta tuis.
Quod superest, nitar mea vt actaq; scriptaq; dicăt,
Ignibus his tantæ Virginis ignis inest.
Non memori incidam tua, Virgo, nomina fago,
Nec referet vultus candida gemma tuos.
Ventorum rabies ferit istam, & fulminis ira,
Occultâ carie hanc exedit ipsa dies.
Corde tuam faciem, tua corde & nomina sculpam,
Non venti hinc rapient, non ibi tempus edet.
O facies Charitum sedes, & fortis amorum
Magnes! vi quantâ ferrea corda trahis!
Ad te cum lacrymis suspiria, votaq; mittam,
Et qui cor vret, tu meus ignis eris.

Ante

Sed quid ago? quâ lege queo sperare, quod opto,
An meus, ignorans, me redamarit amor?
Aurea sors ista est, quando redamantur amantes;
Ferrea, si quando non redamatur amans.
Quid dubito? Divæ non sunt præcordia ferro
Fusa, nec hoc nata est aspera corde silex.
Quid dubito? promittit amor mea pectora torrens.
Illicium forte est verus amoris amor.
Quid dubito? Gnatus tanto quem strinxit amore,
An non & Gnato hunc æmula Mater amet?
Ergò in amore sacer Divæ, lætusq; manebo.
Cur timeam flammas displicuisse meas?
6 *Et meus hic illi circum præcordia sanguis,*
Et meus è venis, cùm volet ipsa fluet.
Et quidquid vires, ars, aut industria possunt,
Promta in Virgineo nomine semper erunt.
Me velit Arctoas cita carbasa flectere ad oras,
Quod mea vela petent, Parrhasis Arctos erit.
Et quotquot stricti stant istic frigore campi,
Elysios faciet, qui comitatur, amor.
Me velit urentes Libyæ calcare salebras,
Calcabo salebras, torrida terra, tuas.
Ver erit hîc constans, & erunt hîc Thessala tempe:
Spirabit Zephyros qualibet aura poli.
Me velit occiduum & nascentem visere solem,
Visam nascentes, occiduasque plagas.
Hîc te centenis, modò detur copia, linguis
Suadebo, ô Virgo, supplice corde coli.

6 Signa Deiparam amantis.

Te

Te mundi credent Dominam, Matremq́; Tonantis,
Nostraque quod nutu stantque, caduntque tuo.
Atq́; animam noscent primi sine labe parentis,
Conjunctam carni, quæ paritura Deum.
Templa tibi surgent saxo constructa polito,
Ardebuntq́; sacris cinnama grata focis.
Atq́; peregrinis istic celebrabere donis:
Multa tuis dabitur picta tabella tholis.
Ibis barbaricas cæli Regina per urbes,
Cincta triumphali, per loca festa, choro.
Vivat io, tellus omnis canet, omnis & æther,
Et pontus reddent astraque, vivat io.
Χαῖρε Θεȣ̃ Μῆτερ *primo formare lalatu*
Infantes modulans gnara docebit anus.
Χαῖρε Θεȣ̃ Μῆτερ *canet istis qualibet oris*
Humanos volucris docta sonare modos.
At celsæ his gaudent animæ; mihi vota relicta:
Sint precor hæc votis, Diva, recepta tuis.
Quod superest, nitar mea vt actaq́; scriptaq́; dicãt,
Ignibus his tantæ Virginis ignis inest.
Non memori incidam tua, Virgo, nomina fago,
Nec referet vultus candida gemma tuos.
Ventorum rabies ferit istam, & fulminis ira,
Occultâ carie hanc exedit ipsa dies.
Corde tuam faciem, tua corde & nomina sculpam,
Non venti hinc rapient, non ibi tempus edet.
O facies Charitum sedes, & fortis amorum
Magnes! vi quantâ ferrea corda trahis!
Ad te cum lacrymis suspiria, votaq́; mittam,
Et qui cor vret, tu meus ignis eris.

Ante

Ante oculos & Virgo meos errabit vbiq;,
Atque animo præsens, hæc licet abʃit, erit.
Ante oculos illam mea ʃomnia nocte reducent,
Somnia Virgineo ʃæpè petenda toro.
Illius ante oculos, quando vltima venerit hora,
(Non me ʃallet amor) ʃtabit imago meos.
Hanc moriens ʃtringam, moriens huic oʃcula figam,
Et voce hanc moriens deficiente gemam.
Et pauca hæc noʃtro ʃculpentur verba ʃepulcro,
Quæ poʃtrema mei ʃymbola amoris erunt:
Tabuit hic læʃus, dum vixit, amore MARIÆ:
Fertur amor Divæ cauʃa fuiʃʃe necis.

Amen.